



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Milvs Ep. M. 4. Novembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

in eo velut speculo facinus suum & videret & fleret. Cœcum morti in eo loco devovit & WENEFRIDAM, juncto cum corpusculo capite, vitæ reddidit. Et Cadoci quidem ajunt etiam corpus disparuisse, (Orco nimirum cum animâ tumulandum) WENEFRIDAM verò in virtute tam doctam virginibus cæteris Witheriaci magistram datam fuisse; illic miris multis illustrem ultimò concubiâ nocte ab ipso Christo Sponso ad nuptias evocatam abiisse. Ad has quid nî Mariani etiam vos itis. Ite, & si vox Virgo vobis est, Hymenæum (licet) canite. Ex *Surio*.

S. MILVS EP. M. 4. Novembri.

**M**ILVS Persa cogitabat stipendia sub Rege facere. Sed calum sibi auctoratū ad sua signa compulit, postquam horrido visō objecto, ostendit quam malè ad tyrannum mundum fugitivi homines à DEO transiremus, et si tot stigmatibus, quot beneficiis ab hoc notati. Nec diu Christo militavit, cum Pont. inauguratus ordines inter Christianos cœpit ducere. Sed non tam multæ gravesque illi cum hoste, quam cum domesticis pugnæ fuerunt: quamvis quæ pastorem noluerunt, perierunt deinde oves, urbe & vitâ amissâ: quos ipsum bonâ fide illis, sed non sine lacrimis MILVS vaticinatus est. Altem etiam

etiam Episcopo impendentem e celo  
vindictam praedixit; cumque ille non  
audiret, verborum tonitrua fulmen ex-  
cepit, & surdas aures correxit. Virum  
principem gravi aegritudine decumben-  
tem ad motis non manibus, sed preci-  
bus absens curavit. His atque aliis ad-  
duxit longe plurimos, in Christi leges  
ut jurarent, sed non regem etiam, qui  
multis suppliciis excruciatum MILVM  
ferro devovit, & carnificis munus cum  
fratre divisit. Hos quoque semianimis  
Divus adproperantem Nemefin jussit  
cavere. Nec nisi diem haec abfuit. Po-  
stridie enim, dum ambo cervum fu-  
gientem jaculo insequuntur, ambo ex-  
errant, sed mutuis se vulneribus fratres  
conficiunt. I seram cali vindictam me-  
mora, quando cervo & jaculo ocyor  
venit. Ex Menais.

S. CAROLVS BORROMEVS.  
4. Novembris.

ERubescant puto ad CAROLI pur-  
puram omnes purpurati. Reditus  
Ecclesiasticos, nec ab illustrissimo pa-  
rente aliter quam in pauperum usus  
verti patiebatur. Galero & infula in-  
signis Parochorum vitam ipse inspice-  
re, ipse morbidas oviculas curare, ipse  
pro suggestu his acclamare, ipse Sacra-  
mentis pascere. Quid hic illi anima-  
rum pastores, qui suum nunquam nu-  
me-

Q93 me-